



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelia Geographiae Veteris Et Novae

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 7. De Duce, & Ducatu Vrbinate

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

tamen confirmationis omnes à Pontifice debent impetrare, quz censum Pontificis plurimum augent, vt h̄c sileam Anatas, & alios eiusmodi modos, quibus Pontificalia dignitas honoratio existat.

DIVITIA. Varias rationes quibus Pontifices pecuniam conficiunt leges in tractatu de Principibus Italiæ. Hodie 10. millions librarum nostrarum colligere dicitur. Sixtus V. in Mole Hadriana 4. millions auri cum dimidio seposuerat ad subitos, atque difficiles Reip. Christianæ casus. In expeditione Ferrariensi, & arcibidem construendâ impensi sunt duo millions auri à Clemente VIII. reliqua lege loco iam à me citato, vbi videbis Sextum V. decies octies centena millia coronatorum ex ditionibus suis confecisse, & aliquando duobus annis ab exactioribus quas *Spogli* vocant, octies centena millia coronatorum in Cameram inuexisse.

VIRES. Posset 50. millia conscribere bellatorum expeditissimorum, quidam dicunt 60. peditum millia, equitum 15. sed ex diuturno otio ad fugam sunt quād ad bellum aptiores, vt artate nostrâ contigit. Milites stipendiarios iam nullos habet Pontifex præter ducentos Heluetios Prætorianos, & centum equites leuis armaturæ. Habet & 25. Heluetios Rauennæ, 25. in agro Piceno, ac totidem equites. Paucos item Præsidarios alit in Mole Hadriana, Anconæ & in aliquot arcibus. Bononia ex suis redditibus habet centum stipendiarios Heluetios, ac totidem equites. Olim variis in locis DCCC. Corsos stipendiarios numerabat. Classis eius constat ex 12. triremibus, sed tantum cùm periculum exigit, nam vix septem armatæ oram vtriusque maris legunt.

SVDITI Principes Pontifici, & Magnates hi vulgo dicuntur, ex Vrsinâ domo Braciani, S. Gemini, Onani. Item Columnenses *les Colonnes*, Sabellini *les Sauelli*, Comites *les Comtes*, Caietani, Cæfarini, Vitellij, Aldobrandini, Borghesij, Cesini *les Cesis*, Barberini, &c.

NVM. 7. De Duce, & Ducatu Urbinate.

GENS Roborea, nobis *de la Roueré*, originem fatis humilem habuit ex vrbe Sauonâ, excitata à Sixto IV. à Iulio II. promota, Pontificibus aliquot eam euertere nitetibus fortiter restitit. Quomodo autem se habuerit hæc familia, mox edisces ex stemmate.

Dux

Dux ille vassalus, seu cliens erat Ecclesiæ, cīque pendebat octo millia aureorum; quotannis percipiebat ducenta aureorum millia annui redditus. In titulis inscribebat se *Ducem Vrbini, Comitem Monfeltrij & Eugubij, Pisauri Dynastam, Senogalliae Praefectum.* Pisaurum datū erat à Leone X. Laurencino Mediceo. Senogallia allata erat à Francisco Maria I. cuius pater erat Dominus Senogalliae. Cætera Imperij feuda credebat. Fossumbrunū emerat Sixtus IV. à Malatestis. Leo X. abrumpere conatus erat huius familiæ auctoritatem, inducto Laurencino, sed quod fecerat viuus, mortuus seruare non potuit. Rex Hispaniæ pensionem persoluebat annuam xii. millium aureorum, cīque concesserat turmam equitum cataphractorum in regno Neapolitano. Tandem deficiente masculâ prole in Francisco Mariâ Roboreo nostra ætate desit. Is enim Vrbano VIII. etiam viuus ditionem suam cessit, ne turbæ post mortem concitarentur, licet Dux Hetruriæ, & Leopoldus Archidux vehementer reclamarent.

Stemma Familiæ Roboreæ.

GVI Naturalis filius ODO ANTONIVS cæsus à subditis ob adulteria.

F R I - Guido VBALDVs Dvx III. qui nulos suscepit li-
D E R I - beros, sed adoptauit filium sororis suæ Ioannæ
Franciscum Mariam Roboreum.

CVS	IOAN-	FRANC.	G	Ex Iulia	VIRGINIA vxor.
Dvx	NA	MARIA	VI	Varenâ	I. Comitis Bor-
I.I.	cui ex	ROBO-	RD	Ducissâ	romai , deinde
Co-	Do-	REVS	O	Came-	Ducis Grauini
mes				rini	Vrsini.

Mon-	mino	Primus,		FRANC.	GVIDO
feltrij	Seno-	Dvx	Ex Viacc.	MARIA	VBAL-
adsci-	galliax,	IV.		ROBO-	DVS EX
tus	& Pre-	exEleo-		REVS	Catheri

per ado- ptio- nem.	fecto Romæ natus est	norâ Gonza- gâ ei na- tus est	REVS Dvx VI. in quo defecit Duca- tus.	Cathari- na Medi- ceâ, qui nullâ pro- lem ma- sculam reliquit.
------------------------------	-------------------------------	--	--	--

Parall. Geogr. Tom. II.

XXXXXX